

—ⁱⁿ
De

PANCRATIO

Inde q̄

VIRO FORTI

*Arte, Natura, Marte & Moribus
disputabit,*

Ex consensu Ampliss. FAC. PHILOSOPH.
In Regia Academia Aboënsi,
Sub Moderamine

Clarissimi Viri

DN. M. CHRISTIERNI

A L A N D R I,

Eloq. Profess. Reg. & Ord.

In Audit. Max. ad d. 3 Nov. Anno 1697.

GUSTAVUS SEARER / *Wib.*

Sophocl: in Ai: Masti

..... ἔ γὰρ οἱ πλεῖστεις,
ἔδ' εὐρύνοισι πάντες, ἀσφαλέςαστοι,
ἀλλ' οἱ φρονήτες εὖ, κρατῖσσι πάντεσσιν.

Impr. apud JO. WALLIUM.

Kongl. May⁵

Troo Man och wälbestälter Sfw
werste öfwer N; Sloth Infanterie
Regementet/

Den Högädle och Wälborne

Herr **BACHAN**

von Cronådan/

Herre til Masikiwi och etc.

Nåd-Gunstige Herre.

Kongl. Maj:^{ts}

Troo Tienare och Assessor uti den
Höglofl. Kongl. Hoff-Rätten i Stor-
Förstendömet Finland/

Edel och HögAchtadt

Herr **B G H A N**

Gabrielson/

Höggunstige Befordrare.

Hwar med den förre wärld sit
Manna kynne öfswat

Och sin medfödda krafft och
starcka styrckio pröfswat

Hwar med en tappert har sig kun-
nat ställa an

Han baar en Character af fiäck och
hurtig Man/

Sij sådant har nu tänckt och under-
städt framwijsa

Min mycket swaga röd fast hon doch
en kan prissa/

De förras Manna mod med nöije
som sig hödr/

Ty henne swechtand' hand och dar-
rand finger rödr:

Doch effter hon nu har mit ämbne så
beskrifwit

Och all min önskan ut på denna boogen
drifwit/

At städze kunna fåå och niuta såd'na
Mån /

Som bland de Tappras hoop sig
kunde räckna an/

Så

Så dristar ochså jag mig nu Wälborne
Herre

(Förty Ehr Gunst är kiänd moot hö-
gre såsom smärre)

At tråda för Ehr fram med detta
ringa wärck/

Ey taan det nådigt! an Ehr hand
O Himmel stärck.

At twisla på Ehr Gunst och Högd-
berömbde kynne/

Jag Herz ASSESSOR nu des mindre
drar til sinne

I tyden städze haar med nöije för mig
lyst

Och lij som önskad wärld på denna
orten lyst.

Dy taan då höga Mån mig i Ehr hö-
ga hyllest/

Och hwar nu detta wärck så noga och
tillfyllest

Ey träffa kunnat haar de siemens
hwassa stynl

Som det de skrifwit haa en stort för
andra stynl/

Så

Så fällen doch en Doom som tyder
alt til bästa/
En sådan Nåd och Gunst iag i mit sin-
ne fästa
Med högsta Byrdnad skal / och om
iag nu är swag
Så skal iag bättra det och wissat
dag från dag.

Således i största Ödmjukheet
offererar detta sitt rin-
ga arbeet

GUSTAF Starck.

JUVENI VIRO,

*ut decore natalium, ita virtute & do-
ctrina præ multis effectiori,*

Per Eximio

Dn. GUSTAVO
STARCK / Wib.

Amico suo in paucis nominatissimo,

VETERIS PANCRATII

morem antiqua fide cum antiquariis edenti.

Gymnica cum tradis, meliori
educte Palæstrâ,

Ac velut Herculeo, vel pede
nixæ Jovis:

Quan-

*Admodum & Plurimum
Dominisque Meritissi*

DN. M. PETRO CARSTENIO,

Dicæces: Wib. Archi-Præposito, ur-
bis ibidem Pastori, Consistoriique
Seniori, nec non in Regio Gymna-
sio S. S. Theol. Lectori primario.

DN. PETRO SERLACHIO,
Præposito & Pastori in Pärno.

DN. NICOLAO BARCK /
Pastori in Wäckelax / Ecclesiarumq;
adjacentium Vice-Præposito.

DN. JOHANNI GRÅA /
Pastori Ecclesiarum, quæ colligun-
tur in Pyttis & Elmå.

**MÆCENATIBUS magnis,
RIBUSQVE**

SALUTEM ET FE

*Reverendis PATRIBUS
mis ac Vigilantissimis.*

**DN. M. JOHANNI GRÅA/
Ecclesiarum in Byttis & Elimå
Pastori, Districtusque ejus Præ-
posito.**

**DN. M. GEORGIO HELSINGIO,
Pastori in S. Michel Ecclesiarumque
eò pertinentium Præposito.**

**DN. JOHANNI KÖNIG/
Pastori in Sibbo.**

**DN. ERICO HAMMARMAN,
Pastori in Rymmene.**

**PROMOTORIBUS FAUTO-
certissimis**

LICIA FATA !!!



presentis materiæ dicere laudes à re abesse censeo, cum plerique quorum ego vestigia secutus, eandem tradendo simul & commendando multo sudarint opere; Itaque mihi, **Nominum Vestrorum, Patres ac Domini Reverendi,** cultori promptissimo ea potius (cum bis data & minus grata delicatioribus plerumque ingrata) quibus favor vester concilietur, maxime incumbit loqui, idque simpliciter, quoniam nec omnibus Svadæ sit Eloquentiæ ora sectari datum, & sine vobis tueri perdifficile mihi sit Spartam, indeq; conatibus

tibus peregrinus forsan respon-
deret eventus: vel pessulum
quasi ori extemplo obdo, con-
sultiusq; more eorum, qui præ-
ter veniam excogitata dicendi
nil efflagitant cupidius, hic
multis supersedeo devotoque
oro atque contendo animo, ut
tenellas hasce meorum, Patres
ac Domini Reverendi, quas
nunc prodo, studiorum por-
rigi vobis finatis primitias, quas
porrectas favor idem, quo me
huc usque dignati estis, si am-
plectitur, tum sat mihi. At si
benevolentiae Vestrae adeo me
posthac obumbretis alis, ut oso-
rine pedum quidem illinc me
eripiendi detur statio, quid mi-
hi deinde optabilius; quid me-
lius!

lius! Hoc sensu vota indefesse
pro Vestra, domorumq; Vestra-
rum salute assidua & flagran-
tia nuncupabo, & manebo,
donec hora vitæ elapsa morta-
litas subeundum mihi erit
jura.

*Nominum Vestrorum Patres ac
Domini Reverendi,*

cultor assiduus

GUSTAF Starck.

JUVENI VIRO,
*ut decore natalium, ita virtute & do-
ctrina præ multis effectiori,*

Per Eximio

Dn. GUSTAVO
STARCK/ Wib.

Amico suo in paucis nominatissimo,

VETERIS PANCRATII

morem antiqua fide cum anti-
quariis edenti.

Gymnica cum tradis, meliori
educte Palæstrâ,

Ac velut Herculeo, vel pede
nixæ Jovis:

Quan-

Quantum præcellit lixæ Podalirius
arte,

Quorum hic te sanum præstat,
at ille cibatur:

Tantum, crede mihi, fortis GYM-
NASTA probaris,

Præ PÆDOTRIBA: fortior unde
clues;

Quodque brevi possis, pleno for-
tissimus esse

Numine; vix ullos addubita-
re finis:

Ergo, jure tibi Charites hæc con-
sona vota

Addunt: Constanter Pancrati-
ceq; vale!

L. Mq.

JO. RUNGIUS.



ADSPIRET COEPTIS SANCTISSIMUS ILLE
JEHOVA,
CAPUT PRIMUM.

Græcia ut spatiosissima est, ita nihil restat, quo minus cæteris regionibus Europæ possit æquiparari, quin etiam multis modis anteferri : Clarum enim est, quantas expeditiones ejus incolæ olim bellicas fecêre, quanta cum hostibus militari virtute iniêre certamina, & quot deniqvæ hostium strages edidere; doctrinæ quoque & Eloquentiæ laude quantum floruit, cuilibet facile notum est, qui é limine tantum Musas ejus salutavit. Nec mirum, quod tam militiæ quam domi inclaruerint, quia favente pace continuis incubuerunt. Græci exercitationibus, aptos eos red-

A

den-

dentibus utramque fortunam pari animo ferendi. Ab hostibus enim tuti non secuta per vitæ curriculum peragebant otia, sed nunc hisce, nunc aliis incitamenti animum atque corpus ad quævis sublimia capeſſenda reddebant idoneum. Neque proveſta tantum ætate Gymnaſticis (de cujus ſpecie una videlicet Pancratio primum aliquid animus eſt agere) ſeniores ipſi operam dabant verum à teneris jam annis edocti, adulti retinuerunt, tyronesque inſtituendo & exercendo docuerunt. Unde facile conjecturam facere licet, quanta curæ Græcis puerorum fuit antiquitus inſtitutio; quam ob cauſam & terra eorum ab Euripide haud male *καροτρόφῳ* audiebat. Sciebant enim probe, quod quem in ipſo flore Adoleſcentes imbiberent animo & corpore vigorem, etiam grandiores facti facile retinerent, & aſſuefactionem multum utilitatis mortalibus adferre atque habitum firmare, haud ſecus quam teſta odore aliquo recens imbuta, eum diu ſer-

servat. Nec spem deinde illos esse
 Frustratam eventus ostendit: Quis au-
 tem nescit juventutem eorum omni-
 fere antiqui temporis ævo laudis fuisse
 capacissimam, gloriosissimamque;
 Non autem de rebus nunc foris sed do-
 mi, & quidem non tam publice quam
 privatim, imo floescente ætate & pro-
 pter institutionem gestis sollicitus ero.
 Quanta igitur accuratatione Græci pu-
 erorum tractarint institutionem, ex e-
 ducatione satis innotescit, cui pro-
 vinciaæ quoniam cura & metus pluri-
 mum conducunt, nunquam illis sine
 inspectore vitam agere fuit licentia,
 sed aliquis semper adjungebatur, qui
 mores eorum observaret, vitamque in
 meliorem dirigeret partem: & cum
 verè tritum illud dictum sit: qualis
 rex, talis grex; non ex infima ho-
 minum conditione, sed ex selectissimis
 eligebatur, qui amans esset laboris,
 discipulisque assiduitate & dilidentiâ sa-
 tisfaceret, quod etiam Plutarchus in
 Lycurgo testatur inquit: Ουμὲν ἰδὲν

καὶ παιδονόμοι ἐκ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν
 ἀνδρῶν ἐπέτρεβον. Ast quoniam huic Pæ-
 donomo nimium difficile erat omnium
 intenta notis disponere exactis, unum sibi
 ex grege associavit puerum, reliquis cal-
 liditate & animositate multo præstan-
 tiorem, qui illi in gravi isto onere su-
 stinendo comes & adjutor esset, cui
 potestatem quove imperandi atque pu-
 niendi alios concedebat, sicuti hisce e-
 tiam temporibus in nostris scholis at-
 que Gymnasiis mos obtinet; hic vero
 ἀγέλαρχης dicebatur, atque ex classe I-
 renorum & Mellirenorum eligebatur:
 quid autem vetustas per hos intellige-
 bat satis ex hoc Plutarchi patet. καὶ
 κατ' ἀγέλας αὐτοὶ (παιδονόμοι) προϊστάμενοι τῶν
 εἰρένων, αἰετὸν τὸν σωφρονέστατον καὶ μαχιμώτατον.
 εἰρένας δὲ καλῆσι, τὰς ἔτος ἤδη, δεύτερον ἐκ
 παίδων γεγονότας. μελλειρένας δὲ τῶν παίδων
 τὰς πρεσβυτάτας. ἔτι δ' ἔν τῳ εἰρήν, εἴκοσιν ἔτη
 γεγονώς, ἄρχει τε τῶν ὑποπεπευμηθῶν ἐν ταῖς
 μάχαις, καὶ κατ' οἶκον ὑπερέτας χρηταὶ πρὸς τὸ
 δειπνον. Ἐπιτάσκει δὲ τοῖς μὲν ἀδρόις ξύλα
 φέ-

φέρειν. Hic Magistratus etiam ἀρχηγός
 alicubi dicitur, & pro Agelarcha ἡγέτωρ
 aliquando inseritur. Sed omissis hisce
 obiter notemus, ubi palæstrica hæcce
 negotia, quibus de sermo proxime erit
 instituendus, fuere peracta, quæ etiam-
 si alibi quoque, præcipue tamen in lo-
 co ad ea accommodato, qui γυμνάσιον
 nuncupabatur, docebantur, quod neq̄ ob-
 scure quoad derivationē cum exercitiis
 ibi habitis convenire videtur, quia du-
 citur ἀπὸ τῆς γυμνάσεως, hoc est, à denun-
 dando, quoniam Athletæ, pugiles &
 præcipue luctatores ibi nudi se exercitiis
 dicarunt atque luctabantur, sicut Mar-
 tialis ad Matronam pudicam ostendit,
 inq̄uens:

*Gymnasium Thermae, Stadium est hac parte,
 recede,*

Exuimur nudos parce videre viros.

Nihil efficit quod hocce vocabu-
 lum alias quoque induat significationes,
 quia interdum pro ludo literario poni-
 tur, quæ acceptio ut apud antiquos va-

luit, sic apud nostrates quoque propter
 comparationem quandam ab actioni-
 bus corporis ad mentis operationes
 translata, vigorem habet. Gymna-
 sia etiam sepulturis fuisse destinata Ser-
 vius Sulpitius Lib. IV. Epist. 12. ad Ci-
 ceronem inculcat; Ut ut se cum hisce
 atque aliis quocumque nomine venire
 possunt significationibus res habeant
 parvi pendimus, quoniam institutum no-
 strum haud multum promovere vide-
 tur. Erat itaque Gymnasium structu-
 ra certis circumscripta limitibus, ubi
 ludi varii & imprimis ii qui gymnici
 appellabantur, exercebantur: Verum
 hisce ludis pro varietate, ne confusio-
 nis daretur occasio certa fuerunt de-
 stinata loca, in quibus singulis singula
 peragebantur negotia, unde constat
 Gymnasium habita ratione aptitudinis
 in varias fuisse distinctum classes, qua-
 rum hæ præcipue enumerantur. *Δίαυλος*,
Ephebeum Coriceum, *Eleothesium*, *Caldarium*
 & *Palestra*. *Δίαυλος* (*Diaulos*) erat lo-
 cus curlui destinatus; hoc nomen etiam

non videtur quadrare, cum impossibili-
 lem fere magnitudinem utpote duo-
 quasi contineat stadia, cum derivatio-
 nem ex *ἑξ* bis & *ἄλλοις* stadium acci-
 piat; tamen vim denominandi exinde
 hausisse iudicamus, quod diaulodromi
 illic aptati fuerint, & cursibus redditi
 expeditissimi. Alteram Gymnasii par-
 tem Ephebeum tenebat, ubi Ephebi
 exercebantur: per hoc patet Græ-
 cos intellexisse juvenes ad annos pu-
 bertatis egressos puerilibusque relictis,
 ad tractanda virilia juramento obstri-
 ctos: & cum primam tum ingredie-
 bantur ætatem adolescentiæ, Ephebica
 induebantur clamys, quæ notam di-
 screpantiæ inter eos & pueros con-
 stitueret, sicut Apul. hoc accurate
 observat, inqviens: *Adest Iuculentus puer
 nudus, nisi quod Ephebica clamys sinistrum
 tegebat humerum.* Coriceum erat illa
 Gymnasii pars, ubi usi sunt pharetris,
 arcibus, levibusque missilibus in mo-
 dum sagittarum factis, ex quibus no-
 men quoque derivasse, quoniam instru-

menta ista coryci sint appellati, haud obscure innotescit, quidam pro Corycis, corytos & Coriscos ponunt, ex quibus media illa scriptio apertissima esse videtur, si pro theca arcus quis interpretatur, præcipuè quando apud usitatos auctores eam appellandi vim obtinet, sicut & ex hoc Statii videre est:

Cælestibus implet Coryton telis.

Aliquam portionem Gymnasii E. læothesium occupavit, ubi Inungi corpora solebant: alipta ut ut varie possit accipi, tamen hic pro unctore præferim, qui palæstritas certaturos ungebat. Huic proxime erat λαιζών per quod tam frigida quam calda lavatio seu Caldarium intelligebatur, ibi quoniam partem Balnei denotat, sese lavabant & corpora exercitiis reddebant aptissima. Hisce nunc Gymnasii partibus (etiamsi plures fuisse haud denegandum erit) Palæstra erat adjuncta, quæ ob actionum ibi gestarum prærogativam reliqua maxima antecellebat digni-

gnitate eò pertinentia; quam ob cau-
 sam & generali significato pro Gym-
 nasio aliquando concipitur, atque o-
 mnia ejus exercitia vi illius demum
 denominationis palæstrica appellan-
 tur, cum certum tamen alioquin sit
 Gymnasticæ esse speciem, quæ sub se
 complectitur *Paneratium, Cæstum, Cur-
 sum Saltum Discum, Halteres, Faculationem*
Ec. Ex hisce Paneratium quidem pri-
 mum disquisitionis deberet tenere lo-
 cum verum quoniam forsan prolixior
 ejus foret tractatio, quam ut in hocce
 dari possit capite; occubabit quod se-
 quitur caput secundum.

CAPUT SECUNDUM.

Nunc tandem ad Paneratium volvi-
 tur ordo, quod tam ob duarum
 specierum, luctæ scilicet & pugilatus
 sese constituentium dignitatem, pri-
 mam inter cætera exercitia merito me-
 retur sedem, palæstrica, quam, ob id

quod advocatis corporis viribus, omnium nervorum certa compositorum arte transigebatur contentione. Quam ob causam & corporis robur maxime in hocce cernebatur ludo, fortisque is demum haud injuste denominabatur, qui hic se virum præstare, & victoriam potis erat, sine fuce obtinere. Quid præterea? hoc si contigit, cæteros ludos posse gymnicos subire aptus sine difficultate censebatur, & nomine tandem hocce illustri robur aliquod, atque agilitatem, præ se ferente, Pancratio, insigniebatur. Hinc & illud Propertii fuit, quod Pancratium quinquertium appellet, omniumque fere exercitiorum palesticorum Magistrum, Pancratiasten; quæ significationes, utut aliquatenus possint tolerari, cum & ad perplurimorum sint palatum, eorum tamen vestigia sequenda, eorumque rationes haud respuendas esse, hoc loco censemus, qui Pancratio sedem in palæstricis attribuunt certam, modosque
 ejus

ejus infra descriptos frænari posse, judicant terminos, præsertim cum lucta & pugilatus, qui hic concurrunt, satis materiæ quoque pullulent ubertate. Et eminet lucta exinde præcipue quod omnium exercitiorum vetustissima, artificiosissima & astutissima sit: Vetustatem ex eo probare haud incongrue satagunt quidam, quod Græcis præsertim *πάλη* audiens, derivatorem à voce *πάλαι*, vetustatem indicante, petat. Quæ opinio iterum (cum diversis diversa plerumque placent) omnibus non arridet sed iis videtur præcipue contrariari, qui denominationem luctæ derivandam ab aliis debere rebus, proxime acum ejus tangentibus censent; tum illæ tamen rationes, quocumque demum nomine veniant, æquiores ad denominandam nequeunt esse luctam, cum partim ab adjunctis partim à speciebus quibusdam certaminis certis, insufficientiam totius arguentibus artis, sint petitz. Nam denominationem

sumere à re aliqua imperfecta, propo-
 situmque tangere nescia, haud bene
 Philosophis sapit, cum genus debeat es-
 se, juxta canonem illorum, latius sua
 semper specie. Verum rem dicimus
 artificiosissimam ægve posse dici ve-
 tustissimam, cum simplicia imprimis
 ac deinceps arte consistentia addi-
 fiantur: Cumque intellectus quoque
 noster amet ordiri à simplicioribus, qui-
 bus bene revolutis, ingenifiora nobis
 tandem prodeunt; attestante ipsum ex-
 perientiâ. Tum hæcce allata nostrum
 tamen nequeunt premere conceptum,
 sed magis pro illo militant, si lucta
 in diversis tantum consideretur stati-
 bus, vel ut primum fuit composita,
 vel qualis progressu tandem evade-
 bat temporis. Simplicem primo e-
 am existisse, omniumque vibrationum
 contentionumque caruisse modis, ut
 à similibus, sic à natura quoque ipsius
 optime patet, quæ imprimis quidem in-
 competentem, probe vero exculta, ner-
 vosam invenitur se præbuisse; Homi-
 nis

nis quoque naturam adeo esse aptatam, ut semper quærat ab imperfectiori tendere ad perfectius, res etiam illæ haud parum ostendunt, quæ nullius olim fuere ætimationis, nunc vero quotidiana experientia & usu assiduo inventorumque cultu sunt redditæ exactissimæ. Inter rationes vetustatem insuper luctæ approbantes, hocce, puerile etiamsi quibusdam sit, inseri tamen potest argumentum, quod mos nonnullis quidam invaluit, primum roboris specimen luctæ submittere examini, ubi viro se præstito, cætera quoque exercitia sine difficultate subire quis reputabatur idoneus. Hisce nunc lustratis, luctam ponimus existisse vetustissimam atque artificiosissimam; artificiosissimam diximus, at tamen non jure sed tempore. Hoc est, non primis quidem temporibus, sed tractu quodam sive in ipso florentem. Sed ne permultum limites transcendamus justos; progrediendum ad propositum erit; Et quamvis lucta referre-

ferente Platone, per plurimas possit exhibere species, duarum tamen harum erectæ scilicet & super pavimento agitatae, rationes esse perpendendas pro rato protissimum ducimus, cum & clarum nobis porrigant conceptum nec difficultatibus multum laborent ambiguis. Erectam quod atinet, duplici præcipue fertur peracta fuisse modo, vel enim stando manusque extendendo mutuis complexibus, luctatores associati dejicere, comprimere atque detinere sese invicem summo contendebant studio. Constabat tota denique ars ab utraque parte in certa vibratione atque stabilitate membrorum omnium ut & pedum in statione compositorum commoda *Φόρα*, quam staturam adhuc ita fuisse quidam tradunt aptatam, ut discrepantiam inter duos diversos valuerit ponere ludos ex hisce Arist: lib: 1. Rhet: liquet

Ἐρὰς δυνάμενος τὰ σκέλη ῥίπην πῶς, καὶ κινῆσθαι, παχὺ καὶ πῶρρον, δρομικός. Ὁ δὲ θλίβει,

βεν, καὶ καλέχων παιλαστικός. Ὁ δὲ δεῦσταίῃ πληγῇ
 πυκνικός. Ὁ δὲ ἀμφόλοις τέτοις, πυγμα-
 λιαστικός. Hujus modi etiam honestissimos
 veterum extitisse amatores exinde pro-
 bari potest, quod Regibus quoque ac
 principibus aliquando placuerit, Vel
 gestibus adhibitis, idem facere stude-
 bant; quos gestus dolis præcipuis,
 damnum alterius intendentibus, fuisse
 mixtos, inde nec cordatis hominibus
 gratos qui victoriam in rebus joci
 adhibitis gratia cum detrimento alte-
 rius abnuunt, cum delectatione autem
 magis appetunt ex his Tertulliani,
 Lib: de spectaculis, conjicere licet..
Palæstrica diaboli negotium est; Primos ho-
mines diabolus elicit: ipse gestus colubrina
vis est, tenax ad occupandum, tortuosa ad
obligandum, liquida ad eluendum. Et vi-
detur hic modus, si conjecturæ alioquin
est locus, convenire cum eo, qui Sve-
cis Ringfonst dicitur, ubi brachium vel
aliud aliquod membrum à statione a-
deo deducitur ut raro in priorem redigi
possit statum, sed cum dolere patien-
 tis

tis maximo, luxatum maneat. Illa super pavimento gesta luctatio, alteram luctæ exhibens speciem iisdem fere, sed humi peragebatur modis, ubi luctatores invicem compicati, seque mutuo convolventes alter alterum subjicere nitebantur. unde & Pancratium dicitur aliquando volutatorium. Respectum hujus Arist: Lib: de Animal. incessu c. 9. habuisse videtur, dum ita scribit. Ὁρθὸν ἔδεν δύναται ἀν πορευθῆναι καὶ ἀσφαλῶς. Κινηθεῖν δ' ἂν' οἷον ἐν ταῖς, παλάστραις οἱ ἀγὸ τῆς κόπωσης ἐπεξιόντες Ἰππὶ τῶν ζονάτων. Pugilatus, qui Græcit πυγμῆ, alteram pancratii formabat speciem, verum antequam hujus descriptionem accedimus, opere videtur pretium esse ab æquivocationibus, quibus cum laborare potest, eam liberare. Quia alios etiam fuisse reperimus pugilatus, multum tam intentione quam re ipsa ab hocce discrepantes. Unus illorum Monomachia appellabatur, & certum quoddam genus palastricæ constituebat, quia telis armati certatores

ini-

inibant palæstram; quos gladiatorum insignitos fuisse existimamus nomine, Auctorum etiam si desint testimonia; discrimen tamen quoddam inter hosce apud Athenæum citati videntur arguere versus:

Ὅ ἦν πεπληχῶς εἶδεν ἐώρακεν κακόν,
 τῶν μονομαχούντων ἐσθλῶν ἀφ' ἑλισσίων:

Processum, ordinem, atque præcipuum pugilatus hujus finem hic antea quidem se porrigeret enumerandi optima, verum svadente aliter tempore pessulus quibusdam opponendus est momentis, & hocce uno tantum erimus contenti, præcipuum scilicet gladiatorum illic fuisse intentum atque conatum, adversarios ferire, & quidem usque ad necem persequi. Utpote peritiam ejus nobis affatim dat, inter cæteros per plurimos Cyprian: in Epist: *Homo, aut in hominis voluptatem perimitur, & hominem occidere, peritia est, usus est, ars est. Scelus non tantum geritur, sed docetur. Quid potest inhumanius,*
 B quod

quod acerbius dici? disciplina est, ut perimere quis possit, & gloria est quod peremit.
 Et quamvis primo quidem institutus usus ejus maxime invaluit, tamen ob nefandas hominum cædes processu relaxatus aliquantisper est temporis, & Honorio auctore imperatore prorsus sublatus, sicuti Theodo: c. 26, lib. 5. Histor: Eccles: tradit. Atque hoc quidem recte, quia duellum præ se ferebat horribile quid, tam naturæ, quam divino jure vetitum. Alter Sciamachia fuit, hoc est, pugna umbratilis, quæ quidem multam etiam requirebat assiduitatem, adeo tamen non fuit horrenda, cum non adversus hominem, sed palum murum aut umbram exercebatur. Proxima videtur esse affinitate conjuncta cum eo, more qui apud nostrates Ringfont dicitur, quoniam iisdem reperitur ferme processisse modis, & conducebat illi multum Sciamachia fuisse peritum, qui gladiatorii tentabat sustinere vices; unde nec quisquam pro bono declaratus fuit gladiatore qui palum

lum nesciebat expugnare; ideo & eandem cum monomachia constituere verisimile videtur speciem, cum objectis tantum sed non modis discrepent multum. Hisce evolutis, pugilatus pancratiū constituens clarius se insinuat conceptui, qui pugnae quoque melius adhuc meretur proferri posse nomine, cum pugnis tantum peragebatur solis, omnium instrumentorum carentibus acumine. Hujus exercitatores nunquam corporibus associari, sed pugnis strictis digitisque solum inflexis certabant; hinc & σύγκλαισις δακτύλων auctore Svida dicitur. Cui locus iste Galeni L. i. de motu musculorum ad huncce ludum pertinentium convenire videtur, ubi sententiam hac de re subtiliter ita exponit suam. *Εἰ δὲ ἕκαστος τῶν δακτύλων καμφθῆ, τὸ κρῆμα τῆς χειρὸς γένοιτο μάλιστα τοῖς ἐν πωγχεαλίῳ περιετακόσιν αὐτὴν ὅμοιον.* Apud nonnullos *παμμάχιον* appellatur; cujus ratio nulla potest dari alia, quam quod discrepantia sit fere nulla, sed eandem exprimant

sententiam. Attamen si aliquod discriminis veniat nomine, tum nihil est aliud quam quod *πίμναχος* strictiorem ponat membrorum usum, cum & in hocce certaminis genere, dentibus genibus, calcibus, talitris, denique toto corpore adversarium vincere contendebant, quæ de *πίμναχω* usitatius relata esse reperiuntur. Nihil tamen obstat hæc omnia cadere posse in pancratium, cum & generali aliquando significato pro omnium exercitiornm fere horum sumitur magistro, quo merito referendus erit locus Propertii L. 3. ubi palæstricos decantans Pancratium ita depingit.

Et patitur duro vulnera Pancratio.

Hic postremo notandum occurrit, quod Gymnasii certatores ac luctatores imprimis vestibus exuti, velati solum in pudendis, vel femoralibus cincti exercitia subierunt sua; unde & Gymnastica vel Gymnasium, ut supra audivimus, nomen suum habent. Ob
hanc

hanc nudationem quidem tradunt sexum muliebrem spectaculo Athletarum fuisse submotum, ne nudatione in complexu eorum scandalum orieretur. Oleo præterea, quod alio nomine apud Martialem ceroma venit, ungebantur, tum ut prænsiones lubricæ ac molles essent: tum ne contusiones illæ & corporis detorsiones membrorum vertebri inferrent noxam. Olei hujus mentionem Petronius in satyrico facit, dicens: *Intraverunt palæstritæ quam plures, & nos legitimo perfusus oleo refecerunt.* Cæterum ne prensio illa falleret nimis, ac frustra esset certamen, dum alter alterius manibus elabatur semper, pulvere & arena conspergebantur præsentés in scammate (ita vocabant Palæstram alio nomine) & sub initio congressus. Verba Statii hoc probant, dum Lib: 6. Thebaid. ita canit.

*Postquam oleo gavisâ cutis, petit æquor uterq̄,
Procursum medium, atq̄₃ hausta vestitur arenâ,
Tum madidos artus alterno pulvere siccant.*

CAPUT TERTIUM.

Unde vero quis fortis dicatur & unus altero robustior despiciemus breviter. Et quidem roboris causam si longius adducere volumus, deprehendimus robur consistere generaliter loquendo in accuratiori commensu & symmetria partium, corporisque *εὐεξία*; specialius vero in majori copia spirituum animalium & habitudine musculorum, quorum naturam in eo constare, quod in perpetuo sint motu, ex essentia illorum optime liquet quia purissimæ, sanguinis sunt portiones cordis calore subtilizatæ, & tantæ celeritatis, ut volatilis flammæ particulas imitentur. Ex quibus colligitur, membra nostra opera musculorum, spirituum animalium moderatione ductorum, moveri. Hinc etiam concipere possumus, animam seu mentem immediatè membra nostra non movere, sed musculos spirituum animalium affluxu, motum sine determi-

minatione quadam animæ excitare posse, cum perspicuis ostendi possit tam exemplis quam argumentis, motum hunc atque similes actiones animo non aliquando advertente fieri, & organorum moderamine ferri, cum & actiones præterea nostræ omnes solis cogitationibus exceptis, cum illis, quæ in brutis sunt, conveniant, & idem prorsus principium habeant. Hisce nunc omnibus recte dispositis statuimus membrorum nostrorum motum fortio-rem & laxiorem à musculis spiritibus animalibus inflatis pendere. Verum ne permultum circa hæc hæreamus, promissi nostri memores, ad alia hæc occurrentia nos accingemus, itaque oculos ad usum continuo exercitiorum vertimus palæstricorum. Vos enucleare optime possumus, si scopum præcorum circa talia accommodare nostris studemus exercitiorum reliquiis. Quod antiquos attinet, reperimus itensionem illorum

maxime stetit in eo, ut firmum corporis habitum adipiscerentur, & ad res bellicas essent expeditiores; quam ob causam & Gymnasticam ad virtutem illam heroicam fortitudinem perinere quidam ævi ejus scriptores asseruerunt, sicut Arist. L. 8. Polit: c. 3. & Plato in Protagora, Hisce ostendit: ἔτι τοῖον πρὸς τούτοις εἰς παιδοτέλειαν πέμπουσι, ἵνα τὰ σώματα βελτίω ἔχουσι ὑπηρεσίῳ τῇ Δαμόια χρησῆ ἔση, καὶ μὴ ἀναγκάζονται διαδειλιάειν Διὰ τὴν πονηρίαν τῶν σωμάτων, καὶ ἐν τοῖς πολέμοις, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πράξεσι. Et potuerunt antiqui suis hoc summo jure facere temporibus, quoniam certamina illorum cum hostibus per illa fere omnia peragebantur exercitia, eorundemque instrumentorum opere plurimum in expeditionibus sunt adjuti, quod exemplis dilucidare, etiamsi possem, brevitati tamen studendo iis supersedeo, & lectorem ad scripta remitto antiquorum, sufficienter hæc omnia demonstrantia. Verum aliter

liter se res hodie habet, cum pulveris
 tormentarii usus, seculo priori inven-
 tus in lucem prodierit, qui adeo nunc
 exercitia obumbraverat atque sustule-
 rat palæstrica, ut usus eorum valde
 nunc rarus sit, & si aliquis adhuc es-
 set, tum non tam multum commu-
 nem quam propriam intenderet salu-
 tem, cum joci solummodo exercen-
 tur gratia & non publice sed priva-
 tim tantum peraguntur: hinc etiam
 referri ad fortitudinem nequeunt, cum
 virtus non minus publicam quam pro-
 priam intendere debeat salutem. At-
 tamen si recte perpendimus rem, &
 corpus humanum considerationi sub-
 mittimus, tum plurimum juvat exer-
 citiis esse politum siquidem magnam
 in privata vita importat utilitatem;
 conciliat enim corpori sanitatem &
 ingenio vigorem eximium. Quan-
 tum ad corpus. ut propositum clarius
 illustreretur invenimus semper quotidi-
 ana experientia illos existere saniores,

qui motibus exercitiorum cōpōra aliquantulū defatigant, quam qui solitariā & sedentariam, continuo agunt vitam. Hinc per plurimis morbis hos, aliquando laborare sentimus, inter quos scorbutum haud postremam tenet sedem, quod propriissime suam nimiae quieti debet originem, quia sedentariis purulentiae massa quaedam proxime ad cutes colligitur, quæ, nisi exercitiis corpus agitetur, ut calor motivus per poros eam expellere sit potis adjacentia contaminat & in suam denique vertit naturam, unde morbus hic postea diu occultatus in lucem repit, qui alio nomine, scabies neapolitana vel lepra, luesque venerea quæ alias *Fransman* audit. Hæc nomina etiam si juxta veterum opinionem discrepantiam ipsius rei importent, tamen experientia recentiorum quorundam docet magni nominis medicorum eundem indigitari fere morbum, cum & labem contagionis omnes secum ferant,

iis-

iisdemq; forte curari possint medicamen-
 tis, verum tamen si aliquid inter ho-
 sce morbos admittatur discriminis, tum
 gradu forte concedimus differre, qua-
 tenus hic magis, ille minus in subjecto
 sit radicans. Hic interea venit no-
 tandum, quamvis otium excitet ut pri-
 maria causa scorbutum, alias tamen e-
 jus sed remotiores esse causas, quæ
 pro ciborum atq; locorum oriuntur
 diversitate, cum animalia plurimum
 alimentorum & retinent qualitates, at-
 que pro loci temperie sua aliquando
 accommodent corpora, quæ exercitiis
 tamen crebris atq; assiduo balneo-
 rum usu pristinum recuperare possunt
 statum. Horum usum intentum vete-
 res circa exercitia palæstrica etiam
 habuisse scripta illorum passim osten-
 dunt, sicuti &, teste Curtio, in Ale-
 xandro illo Magno optime notatum
 est, *qui exercitiis, (ut propriis auctoris
 utar verbis) crebris, & calidissima corpo-
 ris temperie, adeo quicquid vitiosi humoris,*
sub

*sub cute colligi solet, expugnabit, ut suam
 nem ex ore membrisque exhalaret odorem.*
 Exercitia corpus ingenium quoque a-
 liquantulum promovere hocce proba-
 re volumus argumento: si corpus per
 exercitia redditur salubre, sanitas illa
 consistit in sanguinis puritate; si sanguis
 est purus, tum spiritus quoque ani-
 males evadunt puri, qui nihil aliud
 sunt, quam tenuissimæ atque subtilizatæ
 sanguinis particulæ, ac originem
 suam ex perpetua sanguinis per cor-
 dis thalamos circulatione trahunt, quæ,
 ut referam tantum mentem recentio-
 rum, continuo deinde post generatio-
 nem, quoniam vi quadam elastica gau-
 dent recta via magnaque copia in ce-
 rebrum ascendunt ejusque cavitates
 ingrediuntur, ubi glandulam deinde
 pinealem, quæ propria ingenii sedes,
 tangunt, atque excrementa, quæ illic
 possunt esse, per motum suum retror-
 sivum deferunt, atque sic illam per
 exercitia, quoniam spirituum anima-
 lium

lium in exercitiis vehementior est motus, purgant. Sic mens etiam sana potest esse in corpore sano; si corpus sanum, sana quoque potest esse mens. Haecenus nobis de usibus exercitiorum, quatenus corpora afficiunt, sermo fuit; nunc alia ejus commoda magis ad moralitatem spectantia paucis quibusdam tangere utile erit; cum viri tales exercitiis obdurati ac roborati plurimum sint cuiuslibet notum est reipublicæ tam domi quam foris quantum prodesse possint, nec necesse esse magis extimo pluribus ejus extollere laudes, sed subsisto cum adhortatione quadam ad placitum Nigroni sic prolata: *Nos non debere pugnare vituperare umbratiles intra domesticos parietes verarum imitationes: Nec corporis reprehendere in palaestrica exercitationes, simulacra praeliorum, quia illis bene revolutis aliquando poterimus cum dignitate ex umbra in solem, e lectis in pulverem, e Gymnasis in agmen, praeliumque descendere.* Hic transactis necessario ponimus exerci-

citia in corporibus requiri si sanitatem
 alias, atque robur tueri voluerimus;
 verum tamen exercitia ista inſuetis, ab
 initio non magno impetu, ſic enim
 corpora magis franguntur, quam ro-
 borantur, ſed lento progredi debent gra-
 du, donec aſſuefactione membra pro-
 be ſubacta, majora quotidie audere
 poſſint: & debemus caute ac accuratè
 cum hiſce verſari veluti cum arbori-
 bus, quæ igni adhibitæ frequenti in-
 curvantur flexu: vim vere ſi adhibe-
 mus, frangimus, nec flectimus. Aſſue-
 factio prætereà, cum plurimum valet à
 primis debet adhiberi annis, alias vero
 adulta ætate ſucceſſum habere nequit,
 ſicut & teſte Hippocrate in Scythis, no-
 tatum eſt, qui exercitiis inſueti palæ-
 ſtricis, nec intendere arcum, neque te-
 lum contorquere potuerunt, cum alias
 tamen robore eximio pollebant, & inter
 bellicoſiſſimas ejus ævi gentes ſunt nu-
 merati. Hiſce nunc omnibus rectè
 collocatis robur corporis plurimum ad-
 ju-

juvatur, cujus essentia alias in spirituum animalium copia, vigore, atque nervorum arcta existit conjunctione. Hinc non semper invenimus eos robore pollere, qui eximia corporis mole gaudent, cum robur non molis sed organorum dispositorum requirat rationem, quæ intra proceritatem staturæ, sicuti quotidiana demonstrat experientia, cadere etiam potest. Hisce enumeratis modis homo arte & natura existere potest fortis, si mores adveniunt, de quibus in proxime sequentibus, tum nihil tali optabilius viro in republica expeti potest.

CAPUT QUARTUM.

Hisce pensitatis sub incudem examinis virum subjiciamus moraliter sic loquendo fortem, & propriissimis eum pro modulo ingenii pingamus coloribus, quibus facile dignoscitur: cujus descriptio ut per plurimis in locis exhibetur, ita haud
 pro-

probabilior aliunde hauriri potest, quam
ex hoc Horatii L. 2. Sat: 7.

Quisnam igitur liber? sapiens, sibi que imperiosus.

*Quem neque pauperies neque mors, neque
vincula terrent;*

*Respondere cupidibus, contemnere honores
Fortis & in seipso totus teres atque rotundus.*

Verum in genere erat nonnihil præmonendum de viri appellatione: videtur itaque vir à vi dici, quæ in animo & corpore sita est & major plerumque in viro, quam in fœmina. Ebræis וִירָא dicitur quod etiam est à conotatione roboris, nam & וְיָרָא est virum se præbuit & inde græcos fecisse vocem ἰσχυρός verisimile est, & וִירָא הִיל 1. Reg: 1: 42 52. est idem quod nos dicimus Svetice: ährlic Karl/ ut וְיָרָא הִיל Rut 3: 11. ährlic Qwinna. Huc facit quoque, quod maris vocabulum Auctores non raro adjective usurparunt pro forti ac virili, seu pro
ma-

masculo; sic Apul: Lib: 3: mares animos & vires alacres conjungit, etiam Horatius de arte,

Post hos insignis Homerus,

Tyrtaeusque Mares animos in Martia bella

Versibus exacuit.

Et habet hæcce vox Mas ut quidam putarunt primordia ex Marte qui præliorum Antistes fuisse fertur, cujusque nutu omnia viriliter inchoata felici progressa sunt gradu. Possunt autem mali motus à viro moraliter forti, fortiter retundi & vincibiles reddi; sicuti in Socrate etiam optime est notatum, qui judicio Physiognomorum stupidissimus omnium censebatur mortalium, cui ne scintillula quidem boni inesset temperamenti; quibus victoriam quoque extemplo concessisset, nisi sibi conscius fuisset, quantum curæ atque operæ in delenda proclivitate ista ad malum consumsisset, propterea libere quoque in hæcce prorupit verba: *Talis*

C


quo-

quoque fuiffem, nifi naturam diligentia
 correxiſſem. Cura autem & diligentia
 cauſarum externarum nomine optime
 venire poſſunt, quibus principia & ſe-
 mina virtutum in homine latentia ex-
 citantur & foveantur. Hæ autem cau-
 ſæ ad placitum quorundam Moralifta-
 rum quatuor potiffimum enumerantur
 I. *Doctrinæ inſtitutio.* 2. *Exemplorum con-
 ſideratio & cum bonis conuerſatio.* 3. *Exer-
 citatio.* 4. *Legum bonarum adverſus impro-
 bos conſtitutio & executio.* Quantum hæc
 ſingula ad conſtituendum fortem
 efficiunt momenta virum, exempla an-
 tiqui in primis ſæculi ſufficientiffime
 illuſtrant. Sed & hic exercitatione &
 niſu opus eſt, cum una actio tantum
 faciat artificem, quantum una hiru-
 do ver. Hoc ſenſu Simonides apud
 Platonem ſcribit, *virtutem habitare in*

rupibus aditu difficillibus, & locum tenere
 castum: neque adspici posse omnium mor-
 talium oculis, sed ab eodem, cujus ani-
 mum sudor mordax, intus penetraverit.
 Et Cernithii apud Thueid. *πῆλειον ἡμῶν*
ἐκ τῶν πόνων τὰς ἀρετὰς χερσὶν ὀφείλει. i. e. Pa-
 trium nobis laboribus virtutes parare. Hi-
 ice nunc omnibus bene dispositis pro-
 beque exhibitis fortis tandem prodit
 vir, qui moribus excellens, gratiam
 sibi concilare potest omnium. Hujus
 ecomiis inter cætera inferri aprissime
 hocce Terentii, qui Humanitatis stu-
 diosum tali describit caractere, potest:
Facile omnes perfert ac patitur, quibus cum
vivit, iis se dat; eorum obsequitur studiis
nunquam se aliis præponit; ita denique vi-
tam atque actiones cunctas instituit, ut in-
visus nemini, acceptus omnibus sit; sic facili-
me sine invidia laudem invenit & amicos pa-
C 2
rat.

rat. Hic scilicet viri moraliter fortis character est: Scire prudenter vitam agere, fervire tempori, actiones suas cunctas ad eorumque ibus cum degit, obsequium & voluntatem dirigere. Sed filium cum voto hocce ad supremum abrumpimus Numen, quod velit patriæ nostræ adhuc fortes concedere viros & tales Pancratiaftas, qui præter naturam & exercitia bonis inbuti sint moribus!

SOLI DEO GLORIA.



Til sin förtrogne Wän

Herz GUSTAF STARCK /

Dt dygdens Wäg hon är en stält
i ijdel kåttia
Utän i arbet' flijt/ til undfly
wärldzens flåttia

Ut man en af des sweck/ må fän-
gen griipas an/

Och ledas af rätt stråt / på all odyg-
ders ban

Det wijsar oss Herz Starck / som
Grækers kamp och strijder

I lärda arbet sitt / med snälla fiärn
beskrifwer /

Förwänd är en hans lön / ty löns
wacksamhet hans

Med tiden ziras wist med tåck
Apollos krantz.

Decca i hast med enfaldig
penna lemnar

JAC: CAROLWJSZ.

In Juvenem

Virtute & Doctrina conspicuum

Dn. GUSTAVUM SEARER/
Amicum & popularem per quam dilectum
Disputationem De PANCRATIO egregie
propugnantem.

Rem peragis suavem tibi quæ cumulabit
honorem,

~~Dum~~ doles animi tentas effundere claras.
Gratulor his cæptis mi **Stard** ex corde
fideli.

Et voveo ut semper faveant tibi prospera fata.
Pergito jam felix metam percurere pulchram
Ut maneat tandem condigno laurea ferta.

*Amoris contestandi gratia
scripsit.*

H. Omann.

